Cumq; dimicasset; cepit eam. et tulit diadema melchon de capite eius. Melchon
interpretatur rex eorum. Rex eorum uocatur idolum eorum. quod hic uocatur melchon. cuius
diadematis aurum et gemmas conflasse et purgasse dicitur dauid secundum legem. et fe
cisse inde sibi diadema. quod hic positum super caput eius dicitur. Populum quoque eius ad
ducens serrauit. et circumegit super eos ferrata carpenta. diuisitque cultris.
et transduxit in typo laterum. Serrauit eos ferratis carpentis. et diuisit cul
tris. sicut lateres diuidi solent. qui ex luto et paleis efficiuntur. Porro absa
lon fugiens abiit ad tolmai filium ammi regem gessur. Tolmai pater fuit
maacha matris absalon. quam dicunt hebrei. iniuste secundum legem eam sibi socias
se dauid. et ex ea genuisse thamar et absalon. Cessauit itaque dauid rex per
sequi absalon. In hebreo legitur. Cessauit itaque rex exire post absalon. Volu
isse ideo dauid exire prohibetur ut reduceret absalon. sed pertractans in corde
suo. quod quotienscumque uideret eum. totiens dolorem mortis ammon ei
ad memoriam reduceret. idcirco cessasse dicitur exire post absalon. subauditur
ut eum ad patriam reuocaret. Quod uero ait. eo quod consolatus esset super ammon in
ter[…]tu. intelligendum est. quia postquam noluit exire post absalon. ut re
duceret eum. et uideretur ab eo. cepit consolari super morte ammon. Quamdiu
enim putabatur idem absalon reduci. ut uideretur ab eo. semper mors am
mon filii sui animo suo occurrebat. Siue aliter consolatus super ammon
interitu dicitur. eo quod nouerat eum flagiciosum. et dignum morte merito que perisse.
Intelligens autem ioab filius saruie. quod cor regis esset ad absalon. Cor
regis uersum esse ad absalon uidisse dicitur. eo quod uiderit eum idem ioab pro ab
salon suspirare. et in eo intellexit. quod cor eius uersum esset ad absalon.
Misit thecuam. et tulit inde mulierem sapientem. Thecua ciuitas est. de qua
fuit amos propheta. Putatur eadem uidua auia fuisse amos prophete. Que re
spondit. Heu mulier uidua ego sum. mortuus est enim uir meus. Et an
cille tue erant duo filii. qui rixati sunt aduersum se in agro. nullusque erat
qui eos prohibere posset. et percussit alter alterum. et interfecit eum. Et ecce consurgens
uniuersa cognatio aduersus ancillam tuam dicit. Trade eum qui percussit fratrem
suum. In ueritate autem ut hebrei tradunt. hec mulier duos filios habuit. qui
rixati sunt in agro. super patris sui hereditate. et alterum ab altero interem
ptum. se ipsam tamen eadem uidua in persona dauid posuit. et duos filios suos in
persona ammon et absalon. cognationem uero que consurrexit aduersus filium suum.
in persona ceterorum filiorum dauid. In me domine mi rex iniquitas. et in domo pa

pro filio a dauid captam. et cesarie et unguibus precisis.